



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Vidui, Viduæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Servi, Ancilla.

Servi obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes; sed in simplicitate cordis timentes Deum, scientes, quod à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo servite. Coloss. 3. Sæpè inculcanda est his hominibus bona intentio, & methodus augendi merita apud Deum, Domini, quod justum est & æquum, servis præstate scientes, quod & vos Dominum habetis in celo. Coloss. 4. Per tria movetur terra, & quartum non potest sustinere. Per servum, cum regnaverit, per stultum, cum saturatus fuerit cibo, per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam, cum fuerit hæres Domina sua. Proa. 3. Filius honorat patrem, & servus dominum, si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus? Malach. 1. Ecce, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancilla in manibus domine sue: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Ps. 122. Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati, servus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Joan. 8.

Vidui, Vidua.

Innegavi, quod volebant pauperibus, & oculi vidua expectare feci. Job. 31. Viduam ejus
(viii)

(viri probi) *benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.* Pl. 131. *Nonne lacryma vidua ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt usque ad calum, & Dominus exauditor.* Eccl. 35. *Causam vidua non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. Nunquid super his non visitabo?* dicit Dominus Jer. 5. *Hac vidua usque ad annos 84. qua non discendebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die.* Luc. 2. *Viduas honora, qua verè vidua sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo, qua autem verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet orationibus, nam que in deliciis est, vivens mortua est.* Timoth. 5. *Non decet Christianam matronam multò minùs viduam interesse spectaculis saltibus aliisque vanitatibus. Vidua tanquam speculum suum intueantur Juditham Jud. 8. & Annam Viduam Luc. 2. Quòd si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult, nubat tantum in Domino, beator autem erit, si sic permanserit.* 1. Cor. 7.

Calibatus cum voto perpetua castitatis.

Coelibatus imprimis status non est, si perpetuæ castitatis voto te non adstringas, & si purè ex amore libertatis in eo maneat. Periculum est, ut improvise laqueo cum omni astu-